S. D. Reverendissime Domine. Etsi
volui ~~[illegible]~~ aula, ut Academia
secederet, tamen cum multi propter
familias suas migrare non possent,
et ut fama maneret, ne vicini
quod maledicentia insinuarent, fugere
nos dicerent, mansi hactenus. Itaque
cum oeconomus collegii morandum est
quare manere cogimur, donec volet
deus. Et adhuc dei beneficio hic
mediocris tranquillitas & frequentia
est auditorum. Quare et meos filios
arbitror mansuros in Schola commode
esse dum hic sumus. Bellum deo
patri orphanorum & viduarum commendo.
Ecclesia .n. vere vidua est. Et
nostri principes sunt orphani. quia captivorum
et multorum aliorum filiis & voluntas
quae sit, multa signa ostendunt. Ego